



**LIBRI || OFFICIALIS || SIVE AGENDAE S.|| TREVERENSIS  
ECCLESIAE PARS || POSTERIOR, IN QVA IAM PRIDEM  
RECEPTI ET || longa consuetudine confirmati  
Catholico-||rum ritus, quasi in vnum corpus ...**

**Jakob <III., Trier, Erzbischof>**

**Trevorum, 1576**

**VD16 ZV 206**

Benedictio Herbarum & fructuum in festo Assumptionis Beatæ Mariæ  
Virginis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75472](#)

# BENEDICTIO HER

BARVM IN FESTO ASSVM-  
PTIONIS B. MARIAE VIRGINIS.

Sacerdos indutus alba, manipulo, & stola, absq; ca-  
ula: ante summam Missam habens coram se herbas  
benedicendas, dicat signando se signo S. Crucis.

Versic. **A** diutorium nostrum. &c.

Respo. Qui fecit Cœlum & terram.

Versi. Domine exaudi orationē meā.

Respo. Et clamor meus ad te veniat.

Versic. Dominus vobiscum.

Respo. Et cum spiritu tuo.

## ORATIO.

Oremus. Domine sancte pater omni-  
potens, qui ab initio fecisti hominē ad  
imaginē tuā, & cōdidisti cœlū & terrā,  
solē & lunā, stellas & omnia cœlestia &  
terrestria: tu domine dominaris pote-  
stati maris, tu habes potestatem abyssi  
magnę, tu cōdidisti omnia elemēta: tu  
bene ✕ dicere, & sancti ✕ sicare di-  
gneris, has creaturas herbarum, sicut  
bene-

benedixisti quinq; panes in deserto, &  
duos pisces: & faciasisti quinq; millia ho-  
minum virorum, omnesq; qui vtentur  
eis bene ✕ dicere, & sancti ✕ ficare di-  
gnare: vt eis sit sanitas animæ & corpo-  
ris in nomine pa ✕ tris & fi ✕ lij & spiri-  
tus ✕ sancti. Et ab omnibus homini-  
bus peccatoribus, qui ex hoc gustaue-  
rint, omnem putredinē & omne phan-  
taisma diaboliam ouere: & omnē mor-  
bum, & pestilentiam, ac dolorē expel-  
lere digneris. Qui in Trinitate perfe-  
cta, viuis & regnas deus. Per omnia sæ-  
cula s̄eculorum. **Resp.** Amen.

**O R A T I O .**

**O**remus. Suppliciter sancte pater, at-  
q; subnixis precibus tuā deprecamur  
clementiā, qui mirabiliter cūcta ex nihi-  
lo creasti, qui terrā diuersa proferre ger-  
mina pr̄cepisti & varia medicamento  
rum

rū genera ad sananda generis humani  
 corpora herbis indidisti: bene ✕ dice-  
 re & sancti ✕ ficare has diuersi generis  
 herbas, tua pietate digneris: ut quicūq;  
 ex eis in hac solēnitate venerabilis, ac sa-  
 ctæ dei genetricis Mariæ sūpturi sunt,  
 tam animæ quam corporis sanitatē per-  
 cipient. Et intercedente eadē B. Mari-  
 a semper virgine, sic earū vſu iocundē-  
 tur salubriter, quatenus in tuorum vn-  
 guentorum odore, paradysi ianuas adi-  
 re mereantur, præstante domino deo  
 nostro Iesu Christo. Qui tecum vi-  
 uit & regnat deus, Per omnia ſacula ſe-  
 culorum. **Respon.** Amen.

**ORATIO.**

**O** remus. Deus qui vniuersis generi-  
 bus herbarum, humanis necessitatib⁹  
 preſtitisti remedia, hanc herbarū col-  
 lectionem tuę miserationis benedic ✕  
 dexte-

**Beatæ Mariæ.**

217

dextera: vt quisq; lāguore depresso, ex  
eis aliquid gustauerit, Ecclesiæ tuæ sā-  
ctæ representatus, optatæ munus salu-  
tis te donante percipiat. Per dominū  
nostrum Iesum Christum filium tuū,  
qui tecum vivit &c. **Respon.** Amen.

**Responsorium.**

**Quod si cantores non adfuerint, poterit sacerdos  
illud legere.**

**V**idi specio sam sicut colum-

bam descendentem desuper riuos a-

quarū, Cuius in esti mabilis odor

**T** erat

erat nimis in vestimentis eius. Et

sicut dies verni circundabant eam

flores rosa rum & Lilia conualliu,

**Versic.** Quæ est ista quæ ascendit

per desertū sicut virgula fumi ex aro  
mati-

matibus Myrrhæ & thuris. **E**t sicut. **G**.

**V**er. **O**ra pro nobis sancta deigenitrix.

**R**ef. **V**t digni efficiamur promissio-nibus Christi.

**ORATIO.**

**O**remus. Veneranda nobis huius diei festiuitas, opem conferat sempiternā, in qua sancta dei genitrix mortem su-bijt temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, quæ filium tuum dominum nostrū de se genuit incanatum. Per eundem dominum no-strum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in unitate spi-ritus sancti deus. Per omnia secula se-culorum. **R**esponsio. Amen.

Deinde herbz, thurifcentur, & aqua benedicta aspergantur.

T 2      **BENE.**